

tens sustentare formam , & propter hoc dicitur forma fieri non ex nihilo subiecti.

Verumtamen ad hominem insto : Ante quam anima creetur , corpus , seu materia , quam debet informare anima , eodem modo debet dici subiectum anima rationalis , & ob similem rationem , ac de forma materiali dicetur anima rationalis fieri non ex nihilo subiecti , ergo non dicetur creari .

Si respondeas esse disparitatem in hoc , quod in productione animae rationalis , agens non dependeat à materia , id est non innatur ipse materia , bene verò in generatione , seu productione forma . Hæc responsio iam ostensa est nulla in tercia ratione , nempe quod neque agens naturale innatur materia , & proinde in suo robore perferuerent præteritum tercia , & quinta ratio , contra ferè omnes Recentiores .

Sexto.

*Sexto probatur auctoritate Aristotelis dictis undecimo Metaph. comment. ii. ens non fieri ex ente in actu , sed ex ente in potentia , & vnumquodque entium fieri ex eo , quod sit in potentia illud , quod sit , non enim quodlibet ens sit ex qualibet potentia , cum ergo potentia materia sit indifferens ad omnes formas manifestum est illam potentiam , cum dicitur esse ens in potentia , antequam producatur , non esse potentiam materiæ , sed est esse potentiale ipsius rei , qua debet produci , quod esse potentiale rei recte dicitur ratio seminalis rei .*

Confirm.

*Confirmatur ex dictis Commentatoris ibidem aientis , quod agens non faciat nisi compositum ex materia , & forma , & hoc sit transmutando materiam , donec exeat de ea illud , quod est in ea de potentia ad istam formam in actu , ergo ex mente Commentatoris est aliquid in materia illius formæ , qua exit in actu extra materiam , ergo est ratio seminalis , dicique potest inchoatio quædam formæ , qua coagit agenti extrinsecus , & veluti seipsum suscitare .*

Septim.

*Septimo. Appetit realis non potest esse ad illud , quod formaliter nihil est : sed materia habet appetitum realem ad formam , qua est in potentia , quia ut vulgo dicitur *Turpe appetit pulchrum* , id est materia formam , ergo ut materia appetat formam , debet ipsa habere aliquid formæ , quod appetat : non autem habet aliquid actuale , ergo quid semifinalis .*

Respondet Argentina . Sufficere , quod forma sit aliquid disposituum in materia , at hoc certe non sufficit ; nam illud disposituum est quid extrinsecum formæ , qui enī appetit sicutatem , non propterea appetit ignem : adde quod materia prima nullas habet dispositiones , & per consequens non potest dici fieri realiter in dispositiones formarum , quas potest recipere . Itaque ut dicatur materia prima habere appetitum realem ad formas , debet præesse ipsæ formæ in materia quoad suas rationes semifinales .

Ottavo.

*Ottavo. Si forma fieret ex materia ; aut ex illa fieret , ut ex opposito , vel ut ex subiecto ; non primum , cum enim oppositum non maneat cum eo , quod sit ex eo , materia non maneret cum forma ; hoc tamen patet esse falsum experientia : non etiam secundum dici potest , quia illud quod sit ex alio , ut ex subiecto , habet illud subiectum*

partem sui , forma autem non habet materiam partem sui , ergo ut dicatur fieri ex aliquo , debet ipsi concedi ratio quædam seminalis , ex qua fiat , qua ratio seminalis & se habet actiū , & passiū ; passiū , in quantum est fundamentum , & radix , super quæ fundatur actio agentis , actiū vero , in quantum etiam coagit ipsi agenti .

*Nono. Si in materia per se non sit aliquod esse formæ , quanam ergo erit ratio , cur ex hac materia producatur hæc forma , & non alia ? v.g. cur ex grano tritici non possit produci rascmus ? cum sol respectu illorum sit vñiformis ? Respondet Auerroës p. Metaph. esse in materia quædam proportiones , & quædam habilitates , qua determinant actiones agentis ad certum terminum producendum , cui responsio nisi acquisicet Petrus Niger insignis Thomista quæb. 3. secunda pars Cypri . Per illas autem habilitates nil aliud possumus intelligere , quām rationes semifinalis .*

*Deniq; ex axiomate desumpto ex primo Phys. non ex quolibet sit quodlibet , sed ex determinato fit determinatum : sed quomodo determinabitur agens & ipsa materia , ut aliud determinatum potius ex eo exeat quam aliud , nisi præexistat in ipsa materia aliud seminalis forma ? nec recetas ad dispositions , qui materia prima non supponit habere dispositions . Deinde forma accidentalis naturalis , quomodo determinabitur potius quoad esse caloris , quam quoad esse frigoris ? nisi quia similia sensantur , & proinde quando calor agit in materiam , tunc ratio seminalis calor quasi seipsum excitat , & coadiuvat agens extrinsecum : sicut tempore verno agens extrinsecum videtur aliqualiter adiuvari à virtutibus seminalibus in granis terræ mandatis existentibus .*

*Obijicit primò Aureolus : Si per rationem semifinalis intelligas inchoationem formæ , tanquam aliud aliud à materia , quod transeat in formam , per solam compositionem perfectionis ; tunc forma erit composita ex illa perfectione , & illo inchoatio , quasi perfectibili , & tunc erit compositio .*

*Responde. Non fore compositionem Phys. sciam , sed identificationem , seu translationem ab uno esse ad aliud , scilicet ab esse semifinali ad esse actualē perfectum , & completem .*

*Obijicit secundò ex Comm. duodecimo Metaph. com. i. dicente : qui imaginatur , quod forma sit aliud in materia , ignorat naturam generationis .*

*Responde : Qui imaginatur esse aliud actualē , & formale , concedo : qui imaginatur aliud semifinalē , nego .*

*Obijicit tertio : Si forma præcederet in materia secundum suum esse semifinalē , informaret materiam , saltem secundum suum esse semifinalē ; & si materia informaret infinitas formas , cum sint rationes infinitæ semifinales .*

*Responde. Materiam esse duplicum , duplémentque habere potentiam , scilicet primam , qua ab alijs dicitur remota , secundum secundam , seu potentiam proximam . luxa primam sumptuarem , materia non est nata informari formis , & proinde etiā omnes formæ ponentur in ea , etiam secundum suas realitates , non essent tandem in ea actu informantur ; sed solū in potentia .*

Nono.

Vltim.

Num. 30.  
Propositiū rationes contra resolutionē secundam , & solūnūtūr  
Obij. prim.

Obij. secund.

Reff.

Obij. tert.

Reff.

Obij. secund.

Reff.

Obij. tert.

Reff.